

trā. Sic est profectō. Quid autem iniustus? An æquum cenet plus habere & iusto, & actione iustā? Quid autem omnibus plus habere de digno existimet. Num igitur & iniustus homine iniustiq; actione, iniustus plus habebit, & certabit ut in habendo omnes exuperet? Vera hæc sunt. Sic itaque dicimus. Iustū quidem simili non plus habere velle, plus autem dissimili in iustū verō utroq; plus accipere velle. Rectē dixisti. Atqui prudens & bonus, iniustus ipse est iniustus autem, neutrum. Rectē & illud. Ergo prudenti & bono similis est iniustus, iustus autē minimē. Quis obstat, inquit, quominus qui talis talibus quoque similis sit, qui verō non talis, similis non sit. Ans bellē. Talis igitur est uterque ipsorum quales hi quibus similis est. Quid tum? inquit. Sic ita sanē, sed dicas Thrasymache, vtrū musicū aliq; voces, aliquid verō non musicum. Equidem. Vtrum istorum prudentem, vtrū imprudentem? Musicum sanē prudentem, expertē musicæ imprudentem. Nonne in quibus prudentem, in eisdem & bonū: in quibus imprudentem, & malū? Nempe. Eodēq; pacto de medico dicemus: Eodem. Videtur tibi vitæ optime cum musicis vir lyrā tēperat, velle in intentione & remissione chordarum, musicū virum exuperare, vel dignū putare, vt eo plus assequatur? Minimē. Expertē verō musicæ superare cōtendit? Necesse est. Quid medicus? in cibo aut potu dicētiæ plus assequat, quā aut medicus alter, aut res ipsa cupit? Nequaquam. Plus autem quā medicus artis imperitus? Proculdubio. Vniuersas denique contemplare scientiās, & inficiatū sicuti tibi videtur, qui quidem scientiā habet, plus sumere velle vel discendo, vel faciēdo, quā alter sciens, non autem eadē ad actionem eandem, quæ & ille qui ipsi similis est. Fortasse sic se habet accessus est. Quid autem indoctus? nonne plus doctō sibi assumere velle, atque etiam indoctō? Fortasse. Sed doctus, nonne sapiens? Concedo. Sapiens autem, nonne bonus? Est istud etiā Bonus ergo & sapiens non vult plus libi quā sui similis vendicare, plus tamen quā dissimilis & cōtrarius vult. Videtur. Malus autem & indoctus tam simili quā dissimili sibi plus arrogabit. Apparet. Nonne iniustus Thrasymache, plus vsurpare contendit, quā vel similis, vel dissimilis? An ita dicebas? Dicebam equidem. Iustus autem simili quidem non plus vult, sed dissimili. Fateor. Est itaque similis, iustus quidem sapiens & bono, iniustus autem & malo & inficio. Apparet. Atqui concessimus talem vtrūque esse qualis sit cui similis est vterque. Concessimus planē. Iustus itaq; nobis bonus esse sapiensq; apparuit: iniustus autem, indoctus & malus. Hæc omnia concessit Thrasymachus, non tamen ea facilitate qua ego nunc refero, sed vix atque petrastrus plurimo cū sudore: erat quippe tūc ætas. Et vidi ego tūc primū quod nunquā antea videri, erubescēte Thrasymachū. Cū igitur constitisset iustitiā & virtutē esse & sapientiam, iniustitiam verō vitium & inficiā. Manerat, inquam, hoc ita nobis. Dicebamus autem valdū ac potēs quiddam iniustitiā esse. Nonne meministi Thrasymachē Memini equidem inquit. Sed mihi quæ nūc dicis, non placēt: habeoq; aduersus ea quæ dicam, quæ si adducere, certē noui te esse dicturū me concionari. Quare aut sine me dicere quæ velim: aut si tui vis interrogare, interroga. Ego autem tibi, veluti amicis fabellas narrantibus, assentiā, & annuam, & abnuam. Nullo pacto, inquam ego, præter sententiam tuam. Vt

tibi in omnibus gratificer, postquam non finis loqui, an quid aliud vis? Nihil per Iouem, si istud feceris, sed facito: ego autem interrogabo. Interroga istū. Hoc interrogo nunc quod & paulo ante, vt ordine suo in sequenti sermone consideremus, quomodo est iustitia aduersus iniustitiam habet. Dicitum enim est potentiorē atq; robustiorē esse iustitiā iustitia. Nunc autem inquit, si quidem sapientia & virtus est iustitia, facile, vt arbitror apparebit robustior esse quā iniustitia, quandoquidē iniustitia inficitia est, nec vllus hoc ignoraret. Verū non ita simpliciter ὀ Thrasymache, agere cupio, sed hac via considerare, Cū tamen aliquam affirmare iniustitiā esse, & talis ciuitates velle iniustē in seruitutem redigere, seruāque sub se multas habere? Cur non? Imo verō hoc summopere faciat illa quæ præstantissima est, & quæ ad extremam peruenit iniustitiam. Intellego equidē quod tua hæc erat oratio. Sed hoc circa istā considero vtrū hæc quæ præstantior sit ciuitas ciuitate absq; iustitia hanc sit potentia habitura vel necesse sit vt habeat eū iustitia. Si quidem, vt tu paulo antē dicebas, iustitia ipsa sapientia est, necesse est eū iustitia. Sin autē vt ego, sine iustitia, Responsum tuis, ὀ Thrasymache, valde delector quonia nō modo annus, & abnuus, sed & præclare respondēs. Tibi inquit, gratum facio. Facis tu quidem bene. Sed in hoc quoq; gratificare mihi, & dico. An ceteras ciuitates aliquid vel exercitū, seu latrones, siue fures, vel alii quæuis ceterum hominum iniustē aliquid vna aggredientium perficere posse quicquam, si iniuria iniucem se affecerint? Nequaquam. Quid autem si ab iniuria abstinuerint? Nonne magis? Profusus. Seditiones nanq; Thrasymache iniustitia inimicitias contentioneq; inter illos parit: iustitia verō cōcordiam & amicitia. Nonne? Est, ne à te dissentiamus. Bene agis vir optime. Sed mihi & hoc dico. Si hoc iniustitiæ opus est, vbi cuiqueque infir, odium gignere, nōne inter liberos & seruos si fuerit, efficiet vt iter se odia atq; cōtentiones exercetū nulloq; pacto possint aliquid ex cōmuni concordia facere? Omnino. Quid autem? Si inter duos hæc sint, nōne dissentient inter se, insequētūq; odii, & inimici erunt & sibi & iustis? Erunt sanē. Sin autē in vno iniust, omni-fice vir, iniustitia, nōne ipsius potētiā dispabit? Vel nihil minus habebit? Nihil minus habet. Nonne talem aliquam vim habere videtur, vt cuiusq;que infir, siue ciuitati, siue genti, siue exercitū, siue alteri cui libet primo quidē impotens reddat id cui inest aliquid secum agendi, propter disensionem atq; discordiam: deinde inimicum efficiat ipsum & sibi, & cōtrario cui libet, atque iustis? Nonne ita? Ita. At qui & in vno si fuerit, hæc eadem faciet omnia quæ natura sua facit. Primum quidem impotentem agendi non reddet, quod secum ipse dissentiat, neq; sibi met consistet. Deinde & sibi & iustis facit inimicum. An non? Certē. Iusti autem, ὀ amice, sunt & dei. Sint. Ergo deis inimicus erit, Thrasymache, vt iniustus: iustus autem, amicus. Satis te eo confidenter inquit, pro libidine, orationis epulo. Non enim tibi aduerlabor, ne istos mihi infernos reddam. Age itaque, reliqua conuiui adhibe, quæ modum paulo antē respondēs. Constat profectō, sapientior, melioris, potentiorisq; ad agendum, iustus esse: iniustus autem ne inter se quidem tractare quicquam potest. Verum quod diximus validissime in commune simul aliquid conficere illos posse, qui omnino iniusti sunt, haud omnino verum

verum est. Non enim abstinerent ab iniuria mutuo inferenda si profus iniusti essent. Sed liquet in ipsis esse iustitiam quam ad ipsos ita afficit, vt se iniucem ledere nolint, nec alios quibus cum versantur: & per quam agunt, quæcunq; agunt. Impulsi autē sunt ad iniustē agendū, iniustitia, cū feminali essent. Nā qui ad summū nequitiz, & iniustitiæ peruenit ut perficere omnino nihil possunt. Hæc quidē quod ita se habeant, nō autem vt tu supra ponebas, intelligo. Vtrū autem & melius viuāt iusti quā iniusti, & feliciores sint (quod quidem postea cōsiderare posueramus) considerandum est. Et vt mihi quidem videtur, hoc ex his quæ diximus, sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de re quadam vili spernendū, sed quōnam modo viuendum sit, habetur oratio. Considera, iam. Ecce, considero. Dicitur, opinio equi tibi aliquod esse videtur? Mihi quidem. Num hoc quidem diceret, & equi & alterius cuiuslibet opus, quōd vel solo illo, vel maximē quis faceret? Haud intelligo. At hoc modo. Aliāne re, quā oculis vides? Minimē. Quid verō: aliāne audires quā antibus? Nequaquam. Ergo hæc horum opera rectē dicimus. Rectē. Possēt sine gladio, & scalpello, & multis aliis, vitis palmetes amputare? Quidnā? Veruntamen non ita comode vt fale ad vsum hunc fabricata. Est vt dicis. Ergo nōne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profectō. Exiitimo melius te nunc tenere, quæ paulo antē dicebam, quā interrogarem an id cuiusq; opus esset, quod vel solo illo vel melius quā manus efficitur. Intellego iam. Idq; mihi cuiusque opus esse videtur. Age, inquam. Nōne & virtus tibi esse videtur in vnaquaque re cui aliquid opus adscribitur? Reuertamur igitur ad priora. Oculorū dicimus esse opus aliquid? Certē. Ergo nōne & virtus oculorum est? Est virtus. Quid autem? nōne opus aliquid est aurium? Est. Est ergo & virtus? Est. Nōne de reliquis omnibus eodem modo dicendum? Eodem. Nunquid oculi opus fuis pulchrē exercere, virtutem propriam non habentes, sed pro virtute vitium? At quomodo? Cæcitatem nanque fortasse pro visu dicis. Quæcunque illorum sit virtus, nam ad præsens non id quero, sed vtrū propria virtute rectē suum opus exerceant, vitio verō non rectē. Vera loqueris. Nōne & aures sua priuata virtute, malē suum opus exercebant? Malē. Idēne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age & hæc præterea contempera. Estne anime aliquid opus quod nulla re alia faceret, veluti curare, imperare, consulere, & alia generis eiusdem? An hæc alteri rei quam animæ iure tribuere possemus, dicere? mihi que ipsius propria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum viuere? Non an animæ opus esse dicemus? Maximē. An non & virtutem quandam animæ esse dicimus? Dicimus. An anima quandoq; ὀ Thrasymache, propria virtute priuata, opera sua bene explebit? Vel nullo modo poterit? Non poterit. Necesse est igitur malam animam malē imperare atq; curare, bonam verō hæc omnia benefacere. Necesse. Concessimus virtutem anime iustitiā esse, iniustitiam vitium? Concessimus. Iusta ergo anima iustūq; vir bene viuere, iniustus autē malē, ita secundū rationem tuā apparet. Qui autē bene viuere, beatus est & felix. Qui malē, contrā. Quidnā? Igitur iustus felix est, iniustus miser. Sint. At miserum esse non prodest, prodest autem esse felicem. Proculdubio. Nunquam igitur, ὀ beate Thrasymache, vitior

erie iniustitia quā iustitia. His epulis fueris acceptus in Bendidich, ὀ Socrates. Apud te quidem comedi Thrasymache, postquam inior mihi effectus est, difficilisq; esse cessasti. Non tamen abundē vesci cōtrigat, atque id mea quidē causa potius quam tua. Nam quemadmodū epularum audiores homines, incontinentesq; rapiunt semper quodcuq; in conuiuio superferretur, gustantque illud antequā prioribus dapibus satis vescantur: ita & ipse, vt mihi videor priusquā inueniret quod principio fuit propositum, quid ipsum videlicet iustum sit, eo pretermisso ad considerandum me cōtuli, vtrum prauitas sit & inficitia, siue sapientia virtusque. Ac postremō incidente oratione illa quæ asserbat vtiliorem iniustitiam esse iustitia, non me continui, quin ab illo ad hoc descēderem. Quapropter mihi in præsentia ex hac disputatione contigit, vt nihil norim. Quando enim iustum quid sit ignoro, nullo pacto sciam virtutē sit, an contrā, atque vtrū qui id possidet, beatus sit, vel non beatus.

SECUNDVS
DIALOGVS DE
REPVBLICA.

MARSILII FICINI
ARGVMENTVM.

Secundus dialogus trias excidit diuisione bonorum. Bonū profectō idem atque expectandum. Expositus autem aliquid suspicis gratia tantum, vt voluisti & eadē. Aliquid alterius solum gratia, qualia quæcunq; laboriosa sunt. Aliquid & gratia sui, & aliorum qua inde sequuntur, cetera cogitationem, ac prosperam & salutarem iustitiam vt erō dicis, cum alio vno ex sequentiū, tum vel maximē suspicis gratia expectanda. Sed antequam de iustitia profectō quicquam definitur. Glauco quæ pretermissa sunt ὀ Thrasymacho, pro iniustitiā patrociniū copiosius elegantiusque proficiat, adde & modestiā. At enim, nō quia ita sentiat sed vt pronocet Socrate ad iustitiam artius descendendā, iniustitiam se laudaturam. Similia quædam habetiam ὀ in Georgia. Post eam Adimantus, ὀ primū pro iustitia verbi facit, præmia illi & humana tribuens & diuina, vbi notabis religioſa quædam mysteria poetarum. Deinde nouilla pro iniustitia adducit in medium, personam senem ὀ Socratis, & Thrasymachi referens, addit etiam non iniustitiam vituperare velle, sed quod ammodo Socratem irritare. Optat autem laudem audire iustitiam, quæ nō ab externis, sed ab intrinseca iustitia natura ducatur, quales offerri ab aliis non consueverint. Tu verō animaduertere nō temere Platone multa bicinasus ad potias facerē dicitur que per iustitiam polijse, ostendit enim in his sepe à poetis, sepius à malis sacerdotibus poetandi licentiam provenire. Vbi gentium superstitiones irridet. Præterea hanc ad vna libi sibi omnium sibi charissimam charissimam sibi personam inuenisse, Glauco concos, Adimantūque fratres eius patrociniū. Aristonem, Rursus Socratem nihil in vana eius vira propensius contemplantium, quā seclusis externis affectibus, quid nam sit, quidne faciat, virtus ipsa, virtutisque in animo. Quod quidem & sponte & pronocatus deinceps de iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic iniustitiam animam prætermisisti mirum illud iniustitia præmia ex Musæ mente addidit, per pernam inquam ebrietas. Quod quidem Musæ accepit ab Orpheo, idipsum per Dionysii Jæcra significante. Hoc illi propheta simie: incordior ab vbertate domus tue. Ebrietas ergo sit duplex. Altera quidem solum luna, Lethæo indulta potu: per quam anima extra se posita, infra se posita obliuiscitur diuini circa terræa delirant. Altera verō super lunam nēlæra proueniens portione, per quam animus extra se positis, supra se positis inuoluntariū mortaliū obliuiscitur, suscipiensque diuina quasi primo istorum splendore calcigat: siue potius saporem gustans nouo quadam calore & priore vbertate permulatur. Max verō de peribicū cernit gustatque salubriter, imō verō nutritur. Profectō ita diuina per quam factus est animus, rediunt illi aliter animus, cetera postea sponi. Ab eo primū suavit ce siquid dicitur est diluit. Deinde per nitas implet, magis que implendo delectat. Tertio redigunt

ria? Vbinam? In aliis animalibus hoc vtiq; videre licet, & non minime in eo, cum quo nostrum custodē comparabimus. Nostri enim generosi canis hunc a natura morem esse, vt aduersus familiares & notos mitillimus sit, contra vero aduersus ignotos. Noui certe. Ergo neq; impossibile est, neq; præter naturam quod querimus, tale videlicet esse custodem. Sic apparet. An videtur præterea tibi opus esse, vt qui futurus sit custos, ad ferocitatem illam addat vt natura philosophus sit? Quomodo istud ais? Non enim intelligo. Atqui & hoc in canibus intueri licet, quod quidem in bestia dignum admiratione sit. Quale istud? Quem enim ignotum vident, grauitè terret, & si nihil mali ab eo sit percellit. Noto autem blanditur, quamuis nihil boni ab eo susceperit. An nondum hoc admiratus es? Haud valde huicque animaduerti, quod aut hoc facit, manifestum est. At enim videtur hic naturæ ipsius affectus ingenuus, ac verè philosophicus. Quæ ratione? Quoniam aspectum nulla re alia amicum & inimicum discernit, quam quod hunc quidem nouit, illum autem ignorat. Nonne igitur merito dicendum erit descendit cupidum, atq; studiosum, quod cognitione & quidniam discernit domesticum ab extraneo? Erit. Quidniam? Porro descendit studiosus & philosophus. Idem. Cur igitur ad hæc non ponamus & in homine, si quidem aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophus ipsum esse, & descendit cupidum oportere? Ponamus. Philosophus natura erit, qui ciuitatis custos futurus sit. At quo pacto nutritur à nobis, eruditurq; custodes? Atq; hæc consideratio nunquid nobis cõfiderat ad id, cuius gratia consideramus omnia, comperendum, quomodo scilicet in ciuitate iustitia inuit & iniustitia? Id certe cogitandum est, ne fortè vel necessaria dimittamus, vel superuacua prosequamur. Reor equidem, inquit Glauconis frater, discipulationem hanc summo per ad id quod nobis propositum est, conducere. Ita & ipse per Iouem, & amice Adimante, existimo. Non igitur descendendum, neque etiam si hæc longiora essent. Non certe, inquit. Age itaque quemadmodum in fabulis otium ageres confabulantēq; oratione hos homines instruamus. Nempe sic decet. Quæ igitur erit disciplina? Num difficile erit inuenire meliorem illa, quæ hæcenus longo tempore est inuenta? est autem hæc ad corpus quidem pertinēs gymnastica, ad animum musica. Est planè. An non à musica eruditio hæc prius quam à gymnastica, incipere debet? Certè. Cum musicam dicis, sermones etiam ponis, necne? Pono. Orationis autem species dux, vera & falsa. Ita est. Erudiendus vtiq; in vtraque custos futurus, priusque in falsa. Haud intelligo, inquit, quid dicas. Nescis quod pueris fabulas prius narremus? hæc autem, vt simpliciter dicam, falsa sunt, insunt tamen etiam vera. prius autem fabulis ad pueros quam gymnasticis vtiuntur. Est vt dicis. Hic ego volebam, cum dicerem attingendam esse prius musicam quam gymnasticam. Probè. An necesse in vnaquaque re maximè quid principium esse? præsertim iuueni & tenero cuiq;. Maximè enim tunc formatur, induriturq; figura quam quis vnicuique imprimere velit. Omnino quidem. An adeo facile permittemus quilibet fabulas à quibuscumq; fictas audire pueros, animiq; imbibere opiniones vt plurimum contrarias illis, quas cum adoleuerint, ha-

bere illos debere existimamus? Nullo modo id permittemus. Primum igitur, vt videtur, fabularum fictoribus præficiendi sunt, qui, si quam bonam fabulam fecerint, eligant, reliquas autem abijciant. Quas denique elegerimus, per nutrices, & matres pueris narrandas curabimus, vt ipsorum animi fabulis multò magis informetur quam corpora manibus. Ex his verò quas nunc recensent, multæ erunt abijcendæ. Quales, inquit. In maioribus, inquam ego, plane minores videbimus. Oportet enim eandem figuram esse, eandemque potentiam, & maiorem pariter & minorum. An non censet? Censeo equidem. Verùm quas maiores appelles, nequaquã intelligo. Quas Hesioidus & Homerus reliquique poete scripserunt. hi namq; hominibus falsas fabulas effinxerunt, quæ quotidie circulerunt. Quas fabulas dicis: quid in ipsis damnas? Quod & primò & maxime dånari oportet, præsertim cum aliquis non bene mentitur. Quid istud? Quando quis verbis malè fingit, quales dij & heroes sunt, in ista pietoris nulla ex parte similia figurantis ad ea quæ imitari conatur. Atqui talia merito vituperantur. Verùm quomodo & qualia dicimus? Primum quidem & maximum, & de maximis rebus mendacium, quod non probè mentitus est Hesioidus, quando gesta illa à Cælo fingit, aditque quemadmodum Saturnus cum punitur, quæ uerè egit Saturnus recenset, & quæ à filio percellus est. Quæ quidem etiã uera essent, non tamè putarem tam aperte ad homines mentis inopes, adolescentēsq; proferranda, sed tradenda potius. Sinautem necessitas adesse loquedi, in arcana audienda paucis non porcum sacrificantibus, sed pretiosissimas quidem rarissimq; victimam, vt quam paucissimos audire cõtingat. Profectò durisunt hi sermones. Neq; dicendi, & Adimante, in ciuitate nostra. Neq; dicendum iuueni audiendi, q; qui iniquissima facinora perpetrat, nihil mirum committat: aut qui peccantem pari em supplicio afficit, non multum præuarietur: modò faciam quod primi maximiq; deorum fecerunt. Non per Iouem inquit. Nam neq; mihi quidem digna hæc videntur, quæ dicantur. Neque omnino quod cum diis dij bellum gerant, insidientur, & pugnent. Neq; enim vera: si quidem oportet futuros apud nos ciuitatis custodes, turpe putare inter se dissidere. Quare nec villo pacto narrandum illis gigantum bellum, præliæque permulta deorum & herouum cognatis suis proximisq; illata: sed si quo pacto persuasurifumus, nullum vnquam ciuem ciui aduersatum esse, neq; esse hoc sanctum, talia quædam potius & pueris statim, & adolescentibus à senioribus aniculisq; narranda sunt, cogendiq; poete, vt ad hæc fabulas suas dirigant. Vincula autè Iononi à filio iniecta, & Vulcanum cælo à patre deiectum, cum ille matris verberata subuenire vellet, aut deorum pugnas quas Homerus scripsit, minime in ciuitate recipere debemus, siue per allegoriam dicta hæc sint, siue sine allegoria. non enim adolescentis hæc dignoscere potest, sed quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, diffidit: elui quæque consueuerunt. Quorum fortè gratia danda omnino est opera, vt hæc fabelle quas primas audient, optime instituantur ad virtutem suam. Non est pocula ratione quod dicis. Verùm si quis interroget hæc quæ sint, & cuiusmodi fabule, quidnam dicemus? Tum ego, O Adimante, inquit, poete quid nos in præsentia neq; ego, neq; tu sumus, sed ciuitatis institutores; hos autè nosse oportet figur-

ras,

ras in quibus fingere poete fabulas debeat, quas si excefferint, fabule huiusmodi permittendæ non sunt. Neque tamen ad ciuitatis institutores pertinet fabulas fingere. Rectè inquit. Sed hoc mihi declarata, quales istæ circa theologiam figuræ? Tales quædam inquam ego, qualis ipse Deus est, talis semper est describendus, siue carminibus describatur, siue canibus, siue etiam tragædia. Ita decet. Nonne bonus & ipse Deus est, & ita dicendum? Proculdubio. Atqui nullum bonum noxiū est. An non? Nullum, vt arbitror. Quod innoxium est, nunquid nocet? Nequaquam. Quod non nocet, nunquid malum facit? Neque istud quidem. Quod autem nihil mali facit, nullus mali est causa. Nullius. Itè, nonne conducibile bonum est? Profectus. Ergo bene felicitateque agendi causa est. Est. Non igitur omnium causa bonum est, sed eorum quæ bene se habent causa: eorum verò quæ malè nequaquam. Sic est omnino. Non igitur Deus, quum bonus sit, omnium causa est, vt multi dicunt, sed paucorum quidem hominibus in causa est, multorum verò extra causam. Multo enim pauciora nobis sunt bona quam mala. Et bonorum quidem solus Deus causa est dicendus. Malorum autem quamlibet aliam præter Deum causam querere decet. Verissima loqui mihi videris. Neque Homeri igitur, neque alterius poete admittendum est peccatum, stultè de diis dicentis, in Iouis limine duo iacere dolia plena fortibus, bonis vnum, malis alterum. Cùmque ex his Iupiter inuicem commixtis imperitælicis, alius hinc bene, alius malè est. Cui verò ex altero datur, hunc vesana fames furi terras exagitat. Neque verò admittendum est, Iouem nobis dispensatorem esse bonorum atque malorum. Confutiemus verò iuramentorum iudicariūque à Pandaro factam, si quis per Iouem & Mercurium factam fuisse dixerit, nequaquam laudabimus, neque deorum controuersiam, & iudicium per Themim atque Iouem. Neq; quod dicit Æschylus, adolescentem audiant Deum mortalibus causam præbere, quado vult funditus domum subuertere. Verum si quis iambica inducat, in quibus quæ Niobe acciderent referantur, vel Pelopidis, vel Troianis, aut aliquid huiusmodi, vel sinendum non est cum dicere, hæc Dei esse opera: vel si Dei tunc, inuenienda est in his ea quam nunc querimus ratio, dicendumque Deum quidem bona iustæque egisse, atque eos puniendo iniuisse. Quod verò miseris sint qui poetas pendunt, sitque Deus qui sic affligit, poenam dicere non est permittendum. Sed si diceret malos homines, vt pote miseris, penis egere, cæquesoluentes à Deo iuari, permittendum. Malorum autem alicui causam esse ipsum Deum, quum bonus sit, refellendum est omnino, neque permittendum hoc quæquam dicere in sua ciuitate, si bonis institutis legibus ciuitas debet, neq; in super quoniam audire, siue sit ille iunior, siue senior, siue carminibus hæc inferantur, siue soluta oratione narrentur, tanquam quæ neque dicta sancta sint, neque nobis vitia, neque inter se consona. Astentior tibi hac in lege ferenda. mihi nempe hæc placent. Hæc itaque vna sit lex atque figura ex his quæ circa deos ferendæ sunt, in qua cogatur vnusquisque & dicere, & inducere Deum non omnium causam, sed bonorum. Sufficit. Quid autem bene fecimus? Num existimas præstigiatores esse Deum, & tanquam ex insidiis alias alias sub

species apparere: & alias quidem in multis formas speciem suam mutantem, aliumque esse dūm, alias autem non decipientem, vanaque de se nobis imagines offerentem? vt simpliciter potius minimeque omnium sit æ species descendente? Nescio quid in præsentia de his dicam. Quid autem hoc? Nonne necesse est si quid à specie sua discedat, vel ipsum à se mutari, vel ab alio? Necesse. Haudquaquã ab alio quæ optime se habent, mutantur atque vertuntur, quemadmodum corpus à cibis, & poculis, & laboribus, & plantaria omnia ab æstu, tempestatibusque ventorum, & huiusmodi passionibus, vbi quod integerrimum est, & robustissimum minime permittatur. Ita certè. Nonne animum quoque fortissimum, & sapientissimum externa perturbatio minime permittatur? Sanè. Quin etiam composita omnia vasa, ædificia, vestimenta eadem ratione bene constructa, ac bene se habentia minime vel tempore, vel passionibus aliis immutantur. Est vt dicis. Quicquid igitur bene se habet, vel natura, vel arte, vt vtriusque, minimam permutationem ab alio suscipit. Videtur. At verò Deus ipse, & quæ Dei sunt, omni ex parte quam optime sese habent. Quidniam? Hæc igitur ratione minime formas plures Deum esse sciperet. Minime. Nunquid autem se in se vertente mutareque Deus? Manifestum hoc est, siquidem mutaretur. Vtrum igitur in melius, & pulchrius, vel in peius accipitur seipso? Necesse est in peius, si modo mutatur. Non enim indigum pulchritudinis & virtutis esse Deum dicimus. Rectissime loqueris. Verum cum hæc ita se habent, credidisse, & Adimante, tu, sua ipse aliquem, siue Deum, siue hominem deteriorē se facere? Impossibile certè istud. Impossibile igitur Deum mutare se velle. Sed vt videtur, pulcherrimum optimeque cum sit deorum quisque, quod fieri potest, omnes sua in forma sempiterna & simplici permanent. Necessarium esse omnino hoc arbitror. Nullus igitur poetarum nobis, & vir optime, dicat, deos hospitibus similes variis in formis vrbes adire. Neque aliquis de Proteo, & Thetide similia mentiar. Neque in tragædiis, aut aliis poematis inducat Iunonem in sacerdotis speciem permutatam, Iunonem Arguii fluminis filium vna donatis munera colligentem: ceteraque talia nemo audeat fingere. Neque matres variis his fabulis pueros terreat, deos quosdam nocte vagari peregrinis quibusdam, variis sub formis, persimiles, ne simul & in deos male dicant, & ipsos pueros timidores reddant. Nullo modo. At verò nonne dij ipsi immutabiles sunt, sed quibusdam præstigiis non decipientes varias in formas mutari videntur? Fostis ita. Quid verò, mentirine Deus vult, aut verbus, aut re falsam obediens imaginem? Nescio istud. An nescis quod ipsum reuera mendacium, si modo dici potest, omnes homines quide oderunt. Quid istud ais? Sic inquam. Nullus enim ipse vult ipso quodam sui præcipuo præstantissimoque, & citæ res præcipuas præstantissimæque, mentiri, sed summopere illud ibi mendacium timet. Ne nunc quidem intelligo. Putas me magnum aliquid dicere. Ego autem dico quod ipsa anima circa res ipsas mentiri, & mentitum esse, & inscitia falli, atque in ea habere acceptisq; medicam, nullus vnquam cuperet. Mendacium quippe habere in animo summopere omnes oderunt. Summopere. Atqui rectè quod modo dicebam, hoc reuera mendacium vo-

I 3 caret

